



Sermo

XXIX

minus et non ut uertat a vijs. et vi. et. **S**pec-
 cator vide dei benivolentiam erga te. et propterea te
 deo expectat vsq; ad mortem ut misereatur tui. **A**sa.
 rxiij. **T**ertio vult omnibus in presenti gratia fa-
 cientibus quod est in se. **U**n de col. di. iij. **N**ec queas.
Epphanus dicit. quod sicut dies omnibus equaliter na-
 scit et sol super omnes pari et equi luce diffundit. sic christus
 lumen vite pari equalitate largitur. **U**n si quis ex-
 culer se dicendo. Ego non uertor ad penitentiam. nec
 relinquo peccatum. quod non dat mihi deus hanc gra-
 tiam ut possim. **A**lius mentit. quod ut **A**ns. de casu
 diaboli dicit. Non ideo homo gratiam non habet quia de-
 us non dat. sed quod homo non accipit. eo quod non facit quod
 in se est. **S**icut si quis habet tenebras domum in so-
 le. non est hoc a sole. sed quod non aperit fenestras ad
 solem illuminantem. sic qui non vult dolere de pecca-
 tis. **Q**uarto gloria vult de omnibus pleuerat-
 ribus in fine. **P**s. Gratiam et gloriam dabit dominus
Exemplum in isto generali centurione in hoc euangelio
Sic de latrone iuxta crucem pendente. **N**am deus cre-
 auit hominem ad beatitudinis gloriam. ut dicit **A**u-
 gust. ergo libere daret sed pleuerantibus. **A** ergo
 multi danant culpa illo. sed quod non aperit fenestras ad
 solem. **S**ecundum documentum de tactu christi vir-
 tute. quod dicit quod tetigit leprosum manu et statim sa-
 natus est. **U**n hic querit qualiter christus tetigit ma-
 nu suae misericordie peccatores ut mundalet a lepra
 peccati. **A**d hoc respondet quod sicut in manu christi fu-
 erunt quinq; digiti quibus leprosus tetigit. sic mys-
 tice quinq; sunt quibus tangit christus peccatores ad
 mundandum. **P**rimus est contritio in inspiratio.
Apost. iij. Ego sto ad ostium sed cordis. et pulso. sed
 tangendo per inspirationem peritiois. **N**ec significat
 per pollicem quod dicit. eo quod polleat virtute et grossi-
 tudine secundum catholicum. **S**ic contritio virtute ha-
 bet oim opem ac magnitudinem. ita quod sine ea alia
 opa non valent. **S**ecundum quo tangit christus cor
 est diuini verbi exhortatio. **U**n **H**eg. Spiritus
 sanctus qui loquitur in verbo mortui tetigerit men-
 tem docet. sed ad salubria. solumque tetigisse docuisse e-
 re. **H**oc significat per secundum digitum sed indicet eo
 quod per eum indicam? monstrado. sic facit vbi dicit. **T**er-
 tius est tangit tertium digitum christi sed tribulatio-
 nis immisio. de quo **I**ob. xij. **M**anus domini teti-
 git me. **U**n **H**eg. quod facit lima vel malle? fer-
 ro. hoc facit tribulatio aie sed purgatio a rubigi-
 ne peccati. hoc significat per digitum medium qui lo-
 gior est ceteris. et tribulatio est duras longi? sed
 tota vita hominis in presenti. **S**ed. **Q**uartum tanquam christi
 digitum quartum est amoris deuotio quam infun-
 dit deus sepe cor hominis tangendo. siue per memo-
 riam passionis christi. siue aliorum beneficiorum dei. **S**ed.
 hoc significat per digitum quartum qui dicit cordia-
 lis. quia in eo vena est que vsq; ad cor penetrat.
Vnde dicit **I**do. Quintum est mortis recordatio.
Ecc. vij. **M**emorare nouissima et in eternum non
 peccabis. hoc significat per vltimum digitum vel fina-

lem. **E**rgo homo cogita quoties te christus ta-
 libus digitis suis tetigerit. et tamen miser tu renu-
 is mundari. sed in lepra esse. **T**ertius do-
 cumentum de centurionis comedabili fide in exem-
 pli imitationis nostre. **N**am dicit christus de eo. **N**on
 inueni tantam fidem in israel. **U**nde per hoc instrui-
 mur primo quod magna et feruida fide habeamus
 ad christum si volumus ut christus veniat in cor no-
 strum et iterum nostri corporis iuxta illud. **H**abi-
 tate christus per fidem in cor. **V**e. **E**ph. iij. **S**ecundo
 quoque instrui mur exemplo centurionis ut erga ser-
 uos suos domini habeant pietatem et curam. **S**as-
 luti. et cum infirmatur seruus tunc cum dominus
 de domo sua non exciatur. sed pro deo pietatis ope-
 ra sibi exhibeat. sicut fecit iste centurio ut patet.
Dec. **R**abanus. **T**ertio instrui mur exemplo
 centurionis ad humilitatem. quia dicit. **D**ne non
 sum dignus ut intres sub tectum meum. **A**ugu-
 dicit. quod hoc verbum fuit tante virtutis propter hu-
 militatem ut christus statim intraret et inhabitaret
 in corde ipsius. **I**deoque ecclesia ordinavit quod
 delectum cum accedunt ad comunione hec verba di-
 cant. scilicet. **D**ne non sum dignus ut intres sub
 tectum meum. sed quare? virtute horum verborum
 per humilitatem digni efficiant suscipere dominum
 iesum in sacramento. quia vbi indigne suscipit
 tibi ad iudicium ingreditur accipit. **D**ec. **R**abanus.
Accedamus ergo charissimi et rogemus dominum
 iesum ut det nobis etc.

Dicit eadem sermo secundus. **S**ed de dno et ser-
 uo? instructio salubri in dno iesu christi seruitute.

Accedit ad iesum

centurio rogans et dicit. **D**ne puer me-
 iacet in domo palysticus et male ro-
 quer. **M**atth. viij. et in euangelio hodierno.
Sanctum euangelium plurimum comedat istum cen-
 turionem. et in exemplum ponit christi de charita-
 te quam habuit erga suum famulum in curatio eius
 salutem. **U**n **D**rig. dicit. **V**erde charitatem et boni-
 tatem centurionis qui tam instanter rogat per seruum ac si
 filius eius. **N**am per puerum eum vocat. quod dicit. **I**ste est
 seruus meus tanquam puer mihi charus. et ego seruus
 sui creatoris. iste habet me in terris dominum. ego ha-
 beo dominum in celis. si et ego non misereor. quomodo misere-
 bitur mihi deus. si non subuenero ei. quomodo subueniet
 mihi dominus. **P**roinde **R**abanus dicit. ad dominum te
 sum accedes omnia ista sed iacentem in domo illius
 et palysticum et male roqueri cognominauit cum do-
 lore et angustia aie ut christum commoueret ad miseri-
 cordiam. **S**ic debet inquit omnes dolere seruis et
 eorum curam habere. **D**ec. **R**abanus. **I**taque in hoc
 sermone tria mysteria declaremus ad instruendum
 dominos omnes et seruos qualiter debeant regu-
 las salutis obferuare. et christum dominum recognosce-
 re ac ei deseruire.

Primum mysterium de regulis seruorum.